

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

532

1210/06/07.

Maior Pérez e o seu marido, o cabaleiro Nuno Díaz, véndenlle ó mosteiro de Toxos Outos a súa herdade en Quintáns e Béixer, en S. Martiño de Lesende, por quince soldos leoneses.

B.- Tombo, f. 146r.

Carta de Maiore Petri et de viro suo Nunus Didaci de hereditate in Vesares et in Quintanis.

In Dei nomine. Ego Maior Petri et uir meus Nunus Didaci, miles, et omnis uox nostra uobis domno Petro, monasterii Sancti Justi abbatii, omnique conuentui eiusdem monasterii grato animo et spontanea uoluntate facimus textum scripture firmitatis et cartam donacionis imperpetuum ualitaram de nostra propria hereditate quantamcumque habemus uel habere debemus tam de auolencia quam de ganancia in villa Uesares et in Quintanas que habet iacenciam in territorio Pestomarcis concurrente ad ecclesiam Sancti Martini de Elsendi discurrente fluuio Traua subtus monte Luania; et est porcio nostra determinata tercia que nobis euenit ex parte patris mei Petri Oduarii et auie mee Truyle Muniz quia iam habetis alias duas tercias de fratribus meis. Hanc igitur nostram terciam tocius ipsius hereditatis uobis ab integro uendimus ac firmiter concedimus cum omnibus suis directuris et adjunctionibus eidem hereditati pertinentibus intus et extra cum casis, et cetera, per suos terminos et diuisiones antiquas, et cetera, pro precio quod nobis et uobis satis complacuit, videlicet solidis XV fortis monete regis legionensis, et ob remedium animarum nostrorum ac parentum nostrorum et pro robore placabili; et tam de precio quam de robore apud uos nichil remansit indebito ab soluendum. Ita abhinc habete, possidete, vendite, donate et omne uelle uestrum ex ea facite in secula seculorum, amen.

Siquis tamen propinquus uel extraneus contra hanc cartam uendicionis et donacionis ad infringendum uenerit usque in septimam generacionem sit maledictus et quantum calumpniauerit in duplo uel triplo componat et uobis insuper solidos C exsoluat; hac tamen carta semper in suo robore permanente.

Facta carta uendicionis et donacionis die VII^o idus junii sub era M^a CC^a XL^a VIII^a.

Nos iamdicti in hac carta manus nostras roboramus.

Q. p. f.: S<t>ephanus Martini, conf. Johannes de Ulueyra, conf. Petrus Martini et Johannes Petri de Monte Sacro, conf. Johannes Ramiriz, conf. Michael Abbardarius, conf.

Suerius Pelagii interfuit et scripsit et conf. (*Monogramma: SVERIVS*).